







B. Jo: de Villas. a. 12. de Julio. 1556

Jo: de Villas.

ALIENS

ALIENS

... paci... datus o...
... datus et... a...
... compendio...
... utratis i pac
... a... n...
... p... e...
... utratis i pac
... a... n...
... p... e...

66666
22222
[]



7.
COMPE N=
DIV M DIALE.
CTICAE FRANCIS.
TITELMANNI, AD LI=

bros Logicorū Ari

stoteliſ,admo

dum

vtile ac necessarium,



LVGDVN,
Apud Dominicum Verardum.
M. D. XL. III.



OPERIS DIVISIO.

Hoc compendium sex absoluetur partibus.

Prima, de Vocibus prædicabilibus.

Secunda, de Prædicamentis.

Tertia, de Enuntiatione.

Quarta, de argumentationū speciebus.

Quinta, de Locis dialecticis.

Sexta et postrema, de Sophisticis redargutionibus tractabitur.

DE PRAEDICABILIBVS

DE PRÆDI- CABILIBVS, PARS PRIMA.



LLVD IN PRIMIS ADVER-
tendum est, in uniuersa Dialectica determinatione, principali-
ter fieri sermonem de uocibus
sive simplicibus sive compositis,
non tamen de ipsis quatenus inde uoces sunt, sed quatenus si-
gnificatiuæ sunt rerū ad quas signi-
ficādā sunt imposite. Vocabūlū, cū aliae
sint uniuersales, aliae indiuiduæ et singulares. Indiuiduæ
est, quod de uno solo prædicatur. Uniuersale est, quod
prædicatur de pluribus. Indiuiduorum quatuor sunt spe-
cies. Alia enim uocatur determinata, vocabūlū scilicet ad significandum determinatum et certam rem sin-
gularem ex arbitrio imponentium instituta. Alia ue-
rò sunt indiuidua ex demonstratione, cum uidelicet ter-
minum communem cum pronomine demonstrativo simi-
mus, ad unum aliiquid particulare designandū. Prædictis
uerò adiiciunt uaga quedam indiuidua: quæ scilicet uer-
pantur ad unū aliiquid particulare singulariter significā-

A 2 dum,



4

DE PRAEDICABILIBVS

dum, nō tamen determinat neq; determinatē indicat, neq;
ex nominis impositione, neque ex demōstrandatione
quod sit illud singulare de quo fit mentio. Addunt quo-
que prædictis individuum quod ex hypothesi, id est, ex
suppositione, nominant, quod uidelicet in se quidem,
quantum ex significationis suæ natura, uniuersale &
commune est, facta tamen hypothesis, & suppositione
aliqua, non nisi de uno particulari prædicatur. Dici-
tur et individuum, quod consistit ex proprietatibus
quarum collectio nunquam in alio erit eadem. Dividi-
tur autem uniuersale in quinque species: nempe in ge-
nus, speciem, differentiam, proprium, & accidens. Ge-
nus est, quod prædicatur de pluribus differentibus spe-
cie, in eo quod quid est. Ponit autem Porphyrius &
alias duas generis acceptiones, sed minus ad philoso-
phiam pertinentes: quarum una, Genus dicitur, aliquo-
rum quodam modo se habentium ad unum aliquid &
ad similem, collectio. Altera uero, quod est uniuscu-
iisque generationis principium: uel ab eo qui genuit,
uel à loco in quo quis genitus est. Species dicitur uni-
uersciusque forma, quæ acceptio non est usui. Dialecti-
cis. Secundum aliam autem acceptiōem, quæ usui est
Dialecticis definitur species à Porphy. in hunc mo-
dum: Species est, quod prædicatur de pluribus differen-
tibus numero in eo quod quid est. Quoniam specie ac
numero differentium superius meminimus, Sciendum est
tripliciter aliqua differre. Quedam enim solo numero
differunt, quedam specie, quedam etiam genere. Nu-
mero

PARS I.

mero enim differunt, diuersa individua sub eadem pro-
xima specie posita. Differunt autem specie, quæ uel
sunt species diuersæ, uel diuersarum specierum indivi-
dua. Differunt uero genere, quæ uel sunt diuersa ge-
nera, uel species, aut individua sub diuersis generibus
constituta. Totidem modos quibus aliqua dicantur ea-
dem colligere est facile. Species item dicitur quæ sub
genere ponitur: & de qua genus in eo quod quid est
prædicatur. Specialissimum est, quod cum sit species,
non est genus. Vel etiam quod cum sit species, non di-
uiditur in species. Generalissimum genus est, quod cum
sit genus, non est species. Et iterum supra quod
non est aliud superueniens genus. Subalterna
sunt quorū unumquodque genus &
species esse pot, ad aliud qui-
dem, & ad aliud
sumptum.



A 3



DE PRAEDICABILIBVS

Generalissimum genus.

| | | |
|-------------|------------------------|--------------|
| Differentie | Substantia | Differentie. |
| Corporeal | Corpus | Incorporeal |
| Animatum | Corpus animatum | Inanimatum. |
| Sensibile | Animal | Insensibile. |
| Rationale | Homo | Irrationale. |
| | Species specialissima. | |
| | Socrates, Plato. | |

Vt triplice est differentia sic tripliciter alterū ab altero differt. Communiter differre alterum ab altero dicitur, quod alteritate quadam differt quocūque modo, uel à seipso, uel ab alio. Propriè differre alterū ab altero dicitur, quod ab aliquo, inseparabili accidente differt. Magis proprie alterum ab altero differt, quando specifica differentia differt. Perrò differentia à uarijs uarie definiuntur. Primum differentia est, qua abūdat species à genere. Deinde, qua diuidit ea que sib eodē genere posita sunt. Præterea, differentia est, qua de pluribus & specie diffèrentibus, in eo quod quale quid est prædicatur. Proprijs quatuor ponunt modos. Proprium primo est, quod accedit soli alicui speciei, sed non omni. Secundo, quod omni, & non soli accidit. Tertio, quod omni, soli, & aliquando, accidit. Quarto autem modo propriū dicimus, quod omni,

PARS I.

omni, soli, & semper accidit. Definitur quoq; propriū quarto id esse, quod prædicatur de pluribus in quale accidentaliter & necessario. Accidentis plures assignatur definitiōes. Accidēs enim est, quod adest, & abest, praeter subjecti corruptionem. Et quod contingit inesse & non inesse eidem. Et quod neque est genus, neque species, neq; differētia, neq; propriū, semper autem est in subjecto subsistens.

Accidens item est uniuersale,
quod de pluribus continua
genter natum est i
prædicari.

A 4



PARS II.

SECUNDA

PARS, Q VAE DE PRAEDICA
MENTIS INSCRIBITVR.

Pradicamentū dū est nomen prædicamenti triplici significatiōe usurpati apud Philosophos. Interdū enim generaliter p uocabulo quolibet, quod dicitur siue prædicatur de alio, sumitur. Secundū prædicamentū accipitur pro tota aliqua collectione & coordinatiōe generū ac specierū, sub uno aliquo genere generalissimo, secundū suum ordinē dispositorum. Tertiū prædicamentū accipitur p ipso quod est summū in aliquo prædicamētali ordine, nempe p primo tantū & generalissimo genere. Ad quorū pleniorē intelligētiā isthac præmittuntur: Aequiuoca dicuntur, quorum solū nomen est cōmunc, & ratio substantiae secundū

PARS II.

dū nomē diuersa. Est autē duplex æquiuocum, nempe æquiuocū à casū, & æquiuocū à cōfilio. Aequiuocū à casū dicitur, quod plura habet significata & quā principalia. Aequiuocū autem à cōfilio dicitur, quod plura habet significata, sed unū principalius, & aliud minus principale, utpote ppter similitudinē uel cōparationē, aut relationem ad significatū principale. De æquiuocis tres uulgo tradūtur regule. I Nullū æquiuocū ut æquiuocū, pōt constitui in ullo prædicamēto, neque illa definitiōe pōt definiiri, neque diuisione diuidi. I Analogū per se possum stat, p suo significato potiore. III Aequiuoci non debet esse usus in disciplinis, nisi fuerit distinctū. Vni-

Vniuoca.

denominatiua dicuntur quorū & nomen est commune, & ratio substantiae secundū nomen est eadem. Denominatiua dicūtur, quæcūque ab aliquo solo differentia casū, secundū nomen habet appellationem. Circa quā definitionem aduerte, triplicia distinguisolere denominatiua: nēpe uoce tantū, significatione tantū, uoce & significatione simul, in pposito tamē sola definitiūtur denominatiua uoce & significatione. Ex prædictis triplex sumitur prædicatio, nēpe æquiuoca, uniuoca, & denominatiua. Eorū quæ dicūtur, alia secundū cōplexionē dicūtur, alia uero sine cōplexiōe. Quæ sunt cōplexa & incōplexa, aut uoce, aut significatiōe, aut utroq; alia sunt. Eorū quæ sunt, alia de subiecto quodā dicuntur, in subiecto uero nullo sunt: alia in subiecto quidem sunt, de subiecto uero nullo dicūtur: alia de subiecto quodā dicuntur, & sunt in subiecto: alia uero neq; de subiecto sunt, neq; de subiecto dicuntur.

A 5 Que

Prædicatio triplex



10

DE PRAEDICAMENTIS

Quæ per subiectam formulam faciā
lē quiuis deprehendat.

Substantia
uniuersalis
Dicitur de
sub. & non
est in sub.

Accidens
uniuersale
Dicitur de
subiect. &
est in sub.

Eorum quæ sunt

Substantia
singularis
Neque dicitur
de sub. neque
est in sub-
iecto.

Accidens
singulare
Est in sub-
iecto: & nō
dicitur de
subiecto.

In subiecto esse dico, quod cùm in aliquo sit non sicut quædam pars, impossibile est sine eo esse in quo est. Quando alterum de altero prædicatur, ut de subiecto, quæcumq; de eo quod prædicatur dicuntur, omnia etiam de subiecto dicuntur. Diuersorum generum & non sub-alternativam posteriorum, diuerse sunt etiam secundum speiem differentiæ. Subalternorum uero generum nihil prohibet easdem esse differentias. Eorum que secundum nullam complexione dicuntur, singulū aut substantia signifi cat, aut quantitatem, aut qualitatem, aut ad aliquid, aut ubi, aut quādo, aut sitū esse, aut habere, aut facere, aut parti. Substantia que propriæ, principaliter, & maximè dicitur, est, quæ neq; de subiecto dicitur, nequi in subiecto est. Secunda substantia dicuntur species in quibus illæ que

principia

Substantia

PARS II.

principaliter substantiæ dicuntur insunt hæ quidem & harum specierum genera. Secundarum substantiarum, species magis est substantia quam genus. Ipsarum uero specierum quæ non sunt genera, una non est magis substantia quam alia. Sex sunt conditiones substantiarum. I. Commune est omni substantiæ in subiecto non esse. II. Inest secundis substantijs & differentijs uniuocè predi cari. III. Omnis substantia uidetur hoc aliiquid significare. IV. Inest etiam substantijs nihil habere contrarium. V. Videtur substantia non suscipere magis aut minus. VI. Maxime autem proprium uidetur esse substantiæ, cum unum & idem numero sit, contrariorum susceptibile esse. Quantitas (que proximè post substantiam sequitur) est secundum quam aliiquid dicitur quantum. Quantitatis, aliud continuum, aliud discretum. Quantitas continua est, cuius partes copulantur ad aliquem terminum communem. Dicitur autem in proposito terminus communis aliquarum partium, quod est principium unius, & finis alterius. Quantitas discreta est, cuius partes non copulantur per aliquem terminum communem, sed ab invicem distinctæ sunt & separatae. Quantitatis aliud constat partibus habentibus ad invicem positionem: aliud constat ex partibus non habentibus positionem ad invicem. Requirit autem ista partium ad invicem positio tria. Primum, ut partes alicubi sitæ sint. Secundum, ut sint permanentes. Postremū, ut continuæ. Quantitatis uero tres conditiones assignantur. I. Quantitati nihil est contra

Conditiones
substantia

quantitas

contra



12

DE PRAEDICAMENTIS

*Aliquid.**qualitas.*

contrarium. i. Quantitas non suscipit magis & minus. iii. Maxime proprium quantitatis est, & quale uel in equale dici. Vnde & aequalia sunt quæ eandem quantitatem habent. Inæqualia quæ diuersam. Ad aliquid communiter, talia dicuntur, quæcunque hoc ipsum quod sunt aliorum esse dicuntur, uel quomodolibet aliter ad aliud. Relatiuorum proprietates sunt quinque numero. i. Contrarietas inest relationi. ii. Ut dentur relatiua magis & minus suscipere. iii. Omnia relatiua dicuntur ad conuertentia. iv. Videntur ad aliquid esse simul natura, v. Si quis definite nouerit unum relatiuorum, definitè noscet & reliquum. Ad aliquid propriè sunt, quibus hoc ipsum esse, est ad aliquid quodammodo se habere. Relatiuorum quedam ijsdem, quedam diuersis nominibus referuntur. Qualitas est, secundum quam quales esse quidam dicuntur. Cuius quatuor sunt primæ species: Habitus & dispositio. Naturalis potentia & impotentia. Passio & passibilis qualitas. Forma & figura. Dispositio est qualitas insensibilis, acquisita, facile mobilis à subiecto. Habitus uero qualitas insensibilis, acquisita, difficulter à subiecto mobilis. Sunt autem habitus quidam corporis, & quidam animæ, perinde atque dispositiones. Naturalis potentia est, alicui congenita qualitas per quam potens efficitur ad aliquid agendum. Naturalis impotentia, qualitas cōgenita qua redditur quisquam impotens ad agendum. Sub qua specie omnes tam animæ quam corporis vires ac imbecillitates naturales

naturales

PARS II.

turales continentur. Qualitas diuturna sensum afficiens, uel ab affectione procedens, qualitas passibilis appellatur. Momentanea uero, passio. Et hæc quoque uel animæ uel corporis existunt. Forma & figura est, cuiusvis rei partium compositio, sive à natura, sive ab arte efficiatur. Quæ species, figurarum omnium geometricarum nomina, rerumque artificium comprehendit. Qualia sunt, quæ secundum has denominatiuè dicuntur, uel quomodolibet alter ab his. Proprietates qualitatis. i. Inest contrarietas qualitati. ii. Qualia suscipiunt magis & minus. iii. Similia & dissimilia secundū solas qualitates dicuntur. Similia nāq; sunt quæ eandem qualitatem habent. Dissimilia, quæ diuersam. Actio est, secundum quam in id quod subiicitur agere dicimur. Proprietates. i. Suscipiunt agere & pati contrarietatem. ii. Suscipiunt agere & pati magis & minus. Passio est illatio effectus actionis. Dicitur & aliter passio, secundum quam id quod subiicitur pati dicitur. Actionum atque passionum quedam corpori, quedam animæ conueniunt. iii. Passio primo infertur ex actione. Vbi est circumscripicio corporis locati, à loci circumscriptione procedens. Proprietates. i. Vbi contrarietatem non habet. ii. Vbi non suscipit magis & minus. Quando est, quod ex adiacentia temporis in re temporali derelinquitur. Positio est quidam partium situs, & generationis ordinatio. Positionum uero, alia secundum naturam, alia præter naturam. Habitus est corporum & eorum habitus que quando.

habitus que



14 DE PRAEDICAMENTIS

que circa corpus sunt, adiacentia. Proprietates. Habitus suscipit magis & minus. Habitus non suscipit contrarietatem. Absoluto prædicamentorum tractatu, quædam adiunguntur, que faciliorem eorum raddant intelligentiam. Opposito est repugnantia duorum extremorum adiuvicem, talis, ut neutrum illorum cū illo alio simil modo repugnet. Oppositorū quatuor sunt species.

Postpredicam
Relatiuæ opposita
*Contraria im
mediata, et me
diata.*
Prius.
Simul.
motus.

Relatiuæ opposita sunt, que ea ipsa quæ sunt oppositorū dicuntur, aut quomodo libet alter ad ea. Contraria sunt, que sub eodem genere posita, maximè à seuicem distant, ac eidem subiecto uiciissim insunt, à quo mutuo se expellunt nisi alterum insit à natura. Contraria immediata sunt, quæ talia sunt, ut in quibus nata sunt fieri, vel de quibus prædicantur, alterum inesse sit necessarium. Contraria mediata sunt, quorum non est necesse semper alterum inesse ijs, in quibus nata sunt fieri. Præuatiuæ opposita sunt, que habent fieri circa idem subiectum ordine irregreſibili & tempore à natura determinato. Contradictorie opposita sunt, inter quæ non est dare medium. Prius quinque modos habet, qui duobus hisce uersibus, ordine concluduntur. Tempore, natura, prius ordine, dic & honore. Causam causato, dicimus esse prius. Tres modos simul, sequentes uersus comprehendunt: Tempore dico simul, quorum generatio nunc est. Quæ conuertuntur dicimus esse simul. Suntque simul species genus unum distribuentes. Motus sex sunt species: Generatio, Corruptio, Augmentatio, Diminutio,

Alter^z

PARS II.

Alteratio, & secundum locum Mutatio. Generatio est progreſſio à non esse substantiæ ad esse eiusdem. Corruptione est progreſſio ab esse substantiæ, ad non esse eiusdem. Augmentatio est progreſſio à minori quantitate, ad maiorem. Diminutio est progreſſio à maiori quantitate, ad minorem. Alteratio est motus de qualitate in qualitatē. Loci mutatio est motus de loco ad locū, uel circa locū. Habere, octo dicitur modis. Aut enim aliquid qualitatē habere dicitur: ut habitum & dispositionem, scientiam (inquam) & uirtutem. Aut quantitatem: ut magnitudinem, tricubitum, aut quadricubitum. Aut ea quæ circa corpus sunt: ut uestimentum, tunicam, uel gladium. Aut aliquid in corporis parte: ut in digito annulum. Aut partem, ut pedem, uel manum. Aut ut continens continentum, ut modius grana tritici, aut lagena unum. Aut possessionem, ut domum, uel agrum. Dicitur etiam &

*uir uxore habere. Qui omnes modi duobus
uersibus explicantur. Affectū quan
tum, uestitum, dic uelut au
rum, Membrum,
contentum,
possessio,
Vir
mulierem.*

²⁵
alteratio, et
generatio
augmentatio.
diminutio.

habere




16

PARS III.

TER TIA

PARS, Q VAE EST DE

ENVTIATI ONE.



BSOLVTIS
duabus huius ins-
tituti partibus,
quibus de sim-
plicium uocum
ratione ageba-
tur proximū est,
ut de compositis
bijsquē potissi-
mum quæ uerum
falsumue signifi-
cant,determine-
mus quæ cum nominibus & uerbis tanquam preci-
puis partibus componantur, haec primum nobis de-
finienda sunt. Nomen igitur est, uox significativa
secundū placitum, sine tempore, cuius pars nul-
la est significativa separata, finita, & recta. Vocum
aliae natura, aliae ad placitum significant. Voces ille
naturaliter significant, quæ apud omnes homines ubi-
que locorum sive gentium,idem significant. Illæ uero dī-
cuntur secundū placitum significare, quæ non idem
apud omnes homines repræsentat,sed pro uoluntate im-
ponentium rem aliquam significant.Significare cum tē-
pore,

PARS III.

17

pore,est præter significatum præcipuum, certā tēporis
differentia designare.Significare sine tempore,opposito
modo defñitetur.Verbū,est qd cōsignificat tēpus,cuius
pars nihil extra significat:& est semp̄ eorū quæ de alte-
ro dicuntur nota.Nota uero eorum quæ de altero di-
cuntur,est quod uel actu ,uel potestate ,prædicatum
cum subiecto connectit .Oratio est uox significatiua
cuius aliquid partium significatiuum est separatum,
ut dictio,non ut affirmatio uel negatio .Diuiditur au-
tem oratio prima sectione,in orationem perfectam,
& imperfectam .Imperfecta oratio est ,quæ sensum
perfectum non generat in animo audientis .Perfecta
autem oratio est,quæ sensum perfectum gignit in au-
dientis animo .Diuiditur deinde perfecta oratio,in or-
ationem enuntiatuam ,& non enuntiatuam .Oratio
perfecta non enuntiativa dicitur,quæ licet perfectum
sensum gignat in animo audientis ,non tamen uerum
aliquid uel falsum significat .Huiusmodi sunt omnes
orationes deprecatorie,imperatiue,exhortatoriæ,opta-
tiue,interrogatiue ,& similes .Cuiusmodi orationum
omnium nullus est usus Dialectico ,qui totus in hoc
incubit,ut quid uerum,& quid falsum,apprehen-
dat .Enuntiativa oratio est ,in qua est uerum aut fal-
sum .Ex qua definitione diuīsio enuntiationis in ueram
& falsam,elicitur .Vera dicitur quæ significat,ut res
habet .Falsa,quæ aliter .Enuntiationum insuper ,alia
necessaria ,alia impossibilis ,alia contingens .Necessa-
ria ea est,quæ non potest esse falsa .Impossibilis ,quæ

B. Non



18

DE ENVNTIATIONE

non potest esse uera. Contingens, quæ tam ueri quam falsi est capax. Tertio secatur enuntiatio in simpli-
cem & coniunctuam. Simplex, est que aliquid de ali-
quo, uel aliquid ab aliquo enuntiat. In omni autem
enuntiatione simplici sive categorica, duo sunt termi-
ni: quorum alter dicitur subiectum uel terminus subie-
ctus: alter prædicatum uel terminus prædicatus. Sub-
iectum est, id de quo aliquid dicitur. Prædicatum est, quod
dicitur de altero. Enuntiatio coniuncta est, quæ com-
posita est ex enuntiationibus simplicibus. Quarta diui-
sione enuntiationem in uniuersalem, particularem, &
indefinitam distribuunt, quibus & singularem solent
adjudicere. Uniuersalis est, quæ omni aut nulli inesse si-
gnificat. Particularis est, quæ alicui, aut non alicui,
aut non omni inesse significat. Indefinita est, quæ inesse
aut non inesse significat, sine signo uniuersali aut par-
ticulari. Singularis, in qua subiicitur individuum. Di-
viditur alio quoque modo enuntiatio, in affirmationem
& negationem. Affirmatio, est enuntiatio alicuius de
aliquo. Negatio est enuntiatio alicuius ab aliquo. His
de natura enuntiationum breuiter expositis, poscit or-
do, ut ad enuntiationum simplicium oppositiones trans-
eamus. Pro quarum faciliori & pleniori intellectu pre-
mittendæ sunt due divisiones, quarum prior hæc est:
Enuntiationum, quedam utroque termino, quedam al-
tero, quedam neutro participant. Posterior, utroque
termino participantum, quedam secundum eundem or-
dinem participant, quedam uero secundum alium, &
inuer-

PARS III.

19


Uiuersum. Oppositio est affirmatio & negatio oppo-
site. Cuius tres species assignantur. Contrarie, subcon-
trarie & contradictorie. Contraria enuntiationes sunt,
si quid enuntietur uniuersali uniuersaliter inesse & non
inesse. Subcontrarie si quid enuntietur uniuersali par-
ticulariter inesse & non inesse. Contradictorie sunt,
affirmatio & negatio eiusdem de eodem, quarum altera
significat uniuersaliter, altera uero non. Adduntur &
nonnullis & subalterne, quas ita definiunt: Sub-
alterne sunt, uniuersalis & particularis:
affirmatiue, aut negatiue, eiusdem
subiecti & prædicati, quæ ta-
men reuera non op-
ponuntur.

.1.C.

B 2 Q VAE



DE ENVNTIATIONE
Q VAE OMNIA IN HAC FIGVR A
ad oculum licet intueri.



Leges oppositarum enuntiationum. Lex contraria, Impossibile est, contrarias esse simul ueras, simul autem falsas esse, est possibile. Lex subcontraria, Subcontrarias contingit simul esse ueras, simul autem esse falsas non contingit. Lex contradictiarum, Contradictoriae non possunt simul esse uerae, nec simul false, sed necesse est eorum alteram esse ueram, & alteram falsam. Lex subalternarum, Adiiciunt posteriores legem pro subalternis, in hunc modum: Subalternum si uniuersalis sit uera, particula-

larem

PARS III.

larem consequitur esse ueram, non autem econtrario. Et si particularis sit falsa, consequitur uniuersale esse falsam, non autem econtrario. Enuntiationes autem oppositae, per has tres regulas possunt reddi eadem, & equipollentes. Prima regula, Si alicui signo uniuersali uel particulari preponatur negatio, & equipollebit suo contradictorio. Secunda, Si alicui signo uniuersali postponatur negatio, & equipollebit suo contrario. Tertia, Si alicui signo uniuersali uel particulari preponatur & postponatur negatio, & equipollebit suo subalterno. Ut oppositio & equipollentia sic & conuersio, quedam est enuntiationum simplicium proprietas. Ea uero est, extremonrum transmutatio qua è subiecto predicatum fit, & è predicato subiectum. Est autem conuersio huiusmodi, duplex: altera simplex, altera per accidens. Conuersio simplex est quando de subiecto fit predicatum, & de predicato subiectum, manente eadem quantitate, & qualitate enuntiationum. Conuersio per accidens est quando de subiecto fit predicatum, & de predicato subiectum, manente quidem eadem qualitate, sed quantitate mutata. Predicitis quoque adiicitur tertius modus conuersionis, qui dicitur per contrapositionem, quæ sic definitur. Conuersio per contrapositionem est, quando de subiecto fit predicatum, & de predicato subiectum, seruata eadem qualitate & quantitate, sed mutatis terminis finitis in infinitos, & econtrario. Hactenus de simplicibus enuntiationibus. Nunc de coniunctis agendum est. Haec uero sunt in triplici



DE SYLLOGISMIS

22 differentia. Aliæ enim conditionales, aliæ copulatiæ, & aliae disjunctivæ dicuntur. Conditionalis est illa, in qua coniunguntur duæ propositiones categoricæ, per conjunctionem conditionalem. Copulativa est in qua coniunguntur duæ categoricæ per conjunctionem copulativam. Disjunctiva est, in qua coniunguntur duæ categoricæ per conjunctionem aliquam disjunctivam. Sub conditionali, rationali, & causali de facili comprehenduntur. De modalibus nihil omnino sumus dicturi: uel quod nihil aut parum utilitatis habeant, uel quod

Dialecticæ rudibus adhuc, non censemus huiusmodi proponenda, que qui scire uoleat, ipsum autorem adeat.

QVARTA

PARS IIII.

23

QVARTA

PARS, QVAE INSCRIBITUR DE SYLLOGISMO.



RAE CIP VVS Dialecticæ finis est, de unaquaque re proposita posse disputando ueritatem inquirere, falsitatem refutare, qui finis cum non possit haberi nisi alia ex alijs colligendo, restat ut post simplicium uocum & enuntiationum determinationem, argumentationis formæ modosque, describamus. Sunt autem argumentationis formæ sive species quatuor: syllogismus, induc[tio]n[is], enthymema, & exemplum: de quibus hac parte erit tractandum, precipue tamen, & omnium maxime de syllogismo, quæ est omnium specierum argumentationis præcipua & præstantissima: ad quam & ceteræ quodammodo, ut solent imperfectiora ad perfecta, reducuntur. Primum itaque syllogismorum uis nobis est explicanda. Syllogismorum duplex est materia: propinquior, ut enuntiationes, de quibus abunde superiore parte tractatum est. Remotior, ut termini: pro quorum intellectu, hæc ex Aristotele subiicie-

B 4

tus



24

DE SYLLOGISMIS

tur definitio: Terminus est, in quem resolutur propositio, ut prædicatum, & de quo prædicatur. Syllogismus est oratio, in qua quibusdam positis, aliud quidam ab his quæ posita sunt ex necessitate accedit, eo quod hæc sunt. Diuiditur autem syllogismus, in syllogismum perfectum, & syllogismum imperfectum, qui ab Aristotele ita definiuntur: Syllogismus perfectus est, qui nullius alterius indiget preter ea quæ sumpta sunt, ut appareat necessarius. Syllogismus imperfectus est, qui unius aut plurium indiget, quæ sunt quidem necessaria per sumptos terminos, non autem per sumptas propositiones. Vnde autem uim & robur sue illationis habeat syllogismus, brevibus indicat Aristoteles, cum definit dici de omni, & dici de nullo, hoc modo: Dici de omni est, quando nihil est sumere subiecti, de quo non dicatur prædicatum. Dici de nullo, est quando nihil est sumere subiecti à quo non remoueatur prædicatum. Ex quibus eliciuntur haec regule.

1. Quicquid de subiecto quopiam dicitur ut de omni, dicitur & de quolibet subsumpto sub eo.

11. Quicquid de subiecto quopiam dicitur, ut de nullo, remouetur à quolibet subsumpto sub eo.

Scendum autem in primis, quod omnis syllogismus simplex ex tribus tantum terminis constat, & ex tribus propositionibus. Horum autem trium terminorum unus vocatur medium, alter maior extremitas, tertius minor extremitas. Medium est terminus, qui bis sumitur ante conclusionem. Maior extremitas est terminus,

nus,

PARS III.

25

nus, qui sumitur cum medio in maiori propositione. Minor extremitas est terminus, qui sumitur cum medio in minori propositione. Maior propositio illa propriè dicitur, in qua est principale robur syllogismi. Minorem uero illam dicimus, quæ minus uidetur habere roboris ad illationem. Verutamen in sequentibus ad uitandam confusionem plerunque maiorem appellanum priorem præmissam, minorem autem secundam. Ex horum autem trium terminorum uaria dispositio triplex consurgit figura syllogismorum. Contingit enim interdum medium subiecti in una præmissarum, & in altera prædicari, atque hinc consurgit prima figura. Interdum in utraque præmissarum medium prædicatur, & hinc secunda nascitur figura. Interdum in utraque subiectur, & hinc oritur tertia. Ante uero quam singularum figurarum modos in particulari describam, ponendæ sunt & explicandæ regulæ aliquot generales: contra quas quicunque deprehenduntur pecare syllogismi, cuiuscunque sint figuræ, reiiciendi sunt.

1. Ex puris particularibus nihil syllogistice conficitur.

11. Ex puris negatiis nihil item conficitur.

111. Si altera præmissarum fuerit particularis, conclusio quoque particularis erit.

1111. Si altera præmissarum fuerit negativa, conclusio quoque negativa erit.

v. Medium nunquam ingredi potest conclusionem. Regule speciales primæ figuræ. In omnibus modis primæ figuræ directè concludentibus, minore existente negativa, non ualeat syllogismus. In omnibus modis primæ figuræ directè cōclu-

B 9

den-



dentibus maiore existēte particulari nō ualeat syllogismus. In his autē qui cōcludunt indirectē, nō habent prædictæ regule locū. Cōcluditur directē quādo maior extremitas in cōclusione prædicatur de minore extremitate. Cōcluditur autē indirectē, quādo minor extremitas in cōclusione prædicatur de maiore. Modus, p̄priè loquendo est dūarū propositionū adiuicē certa p̄portio siue habitudo, secūdūm debitam qualitatem & quantitatem. Tunc autem est qualitas debita, quando præmissarū ut minimum altera est affirmatiua. Tunc quantitas debita, quādo ut minimū altera præmissarū est uniuersalis. Qui modi sint utiles in prima figura, hæc uocabula artis quo uulgo circumferuntur, oculis apertè subiiciunt: barbara, celaret, darij, ferio, baralipton, celātes, dabitis, fapesmo, frisesomorū, quorum significatio talis est. Prima syllaba significat cuius tū qualitatis tū quātitatis debeat esse mai or syllogismi: secunda, qualis & quanta minor: tercia, qualis & quanta cōclusio. Significatio autem ista, ex uocalibus est quatuor, a, e, i, o. A enim uniuersalem affirmatiuā significat, e uniuersalē negatiuā, i particularē affir matiū, o particularē negatiuam. Vbi aduertendū est, e nouē primæ figuræ modis quatuor primos directē con cludere, reliquos autē quinq̄, indirectē. Pro syllogismis autem secundæ figuræ tres istæ ponuntur regule spe ciales. I. In secunda figura, maiore existente particulari, nō ualeat syllogismus. II. In secunda figura, ex puris affir matiuis, nō ualeat syllogismus. III. In secunda figura semper concludi debet negatiuē. Quatuor tantum modi uti les

les in secunda figura inueniuntur: quibus hæc artis uocabula respondent: Cesare, canestres, festino, baroco. Ut ualeant autem in tertia figura syllogismi, hæc duæ regule speciales obseruandæ sunt. In tertia figura, minore existente negatiua, non ualeat syllogismus. In tertia figura, non potest concludi uniuersaliter, sed particularem semper oportet inferri conclusionem. In summa, tertiae figuræ sex sunt utiles, & syllogistici modi: qui sequentibus uocabulis declarantur: Darapti, felapton, disamis, datisi, bocardo, ferison. Qui sex modi, ut & quatuor secundæ, directē concludunt. Ad quos accedunt duo modi indirecti Fapesmo, & frisesomorum, cum omnibus figuris sint communes. Summatim igitur colligendo omnes modos utiles hactenus positos, inuenimus esse numero decem & nouem, qui in formam metri solent disponi, hoc modo: Barbara, Celarent, Darij, Ferio, baralipton. Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum. Cesare, Canestres, Festino, Baroco, Darapti. Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison. Ex quibus quatuor primi certa de causa perfectiores habentur: & ad eos ceteri omnes tanquam imperfectiores reducuntur, singuli uidelicet ad illum, cuius capitalem literam retinent. Fit autem dupliciter eorum reductio: ostensiue uidelicet, & per impossibile. Ostensiue reducimus syllogismum, quando per medium conuersionis, aut transpositio nis præmissarum, aut simul utriusque, id facimus. Per impossibile, uero reducere syllogismum est, eius bo nitatem



28

DE SYLLOGISMIS

nitatem ostendere, per hoc quod negans deducitur ad aliquod impossibile. Totaque reductionis ratio characteribus quatuor, uocabulis artis incertis continetur. Hi sunt. M. P. S. C. quorum M. præmissarum transpositionem: S & P propositionis per uocalem immediate præcedentem significant conuersionem. S quidem simplicem. P autem, per accidens significat. C uero in medio uocabuli artis designat non aliter reduci posse, quam per impossibile, sumendumque esse conclusionis contradicitorum, ut fiat reductio. Ponit Aristoteles quadam, quæ uocant præsupposita, quæ in tractatu syllogismorum quasi cognita præsupponuntur, quorum Primum est, Omnis syllogismus est in aliqua trium figurarum: & omnes syllogismi aliatarum figurarum per primam perficiuntur. Secundum, In omni syllogismo, aliquam præmissarum esse affirmatiuam, & aliquam uniuersalem, est necesse. Tertium, Omnis syllogismus ex tribus terminis, & non pluribus constat. Quartum, Quædam propositiones difficulter syllogizantur, quædam facilius. Quatuor regulæ pro inuentione mediij. Prima regula, Concludere uolentibus uniuersalem affirmatiuam, sumendum est consequens subiecti & antecedens prædicati. Secunda, Ad concludendum particularem affirmatiuam antecedens ad utrumque extremorum sumendum est. Tertia, Ad concludendum uniuersalem negatiuam, sumetur consequens subiecti & extraneum ad prædicatum, uel consequens prædicati & extraneū subiecti. Quar-

647

PARS IV.

29

ta, Ad concludendum particularem negatiuam, sumendum est antecedens subiecti, & extraneum prædicati. Sex syllogismorum ponuntur ab Aristotele protestates. Potestas plura concludendi, uerum ex falsis syllogizandi, circulariter, conuersiue, ad impossibile, & ex oppositis. Plura concludit syllogismus uel per conuersionem, uel per subsumptionem plurium minorum extremitatum. Verum ex falsis syllogizamus, quando ex ambabus falsis, aut altera nunc in toto, nunc in parte, uerum concludimus. Circulariter autem syllogizare est per conclusionem & conuertentem alterius præmissarum inferre reliquam præmissarum syllogismi prioris. Conuersiue syllogizare (iuxta Aristotelis definitionem) est ex opposito aut contrario conclusionis cum altera præmissarum, inter mere reliquam. Per impossibile syllogizatur, quando propositione aliqua uera negata, proceditur ex eius contradictorio, cum alia propositione manifestè uera ad inferendum manifestè falsum: ex cuius interemptione consequenter fit regressus, ad interimendum contradictiorum propositionis uera negata: ac deinde ex consequenti, ad aſtruendam ueritatem illius quæ à principio fuit negata. Syllogismus dicitur ex oppositis, in quo ex præmissis contrarijs uel contradictorijs inferatur conclusio, in qua negatur idem de seipſo. Subiungit, quoque prædictis Aristoteles tres syllogismorum defectus: quos breuiſimis tantum perstringemus. Primus defectus est, petere principium: quod tunc ait fieri.



30 DE SYLLOGISMIS

fieri, quando in syllogismo aliquo non ostenditur propositum. Secundus appellatur non propter hoc accidere falsum: quod tunc contingere dicit Aristoteles, quando syllogizando falsitas conclusionis illata, imputatur alicui propositioni in antecedente, quæ uerè non est causa falsitatis conclusionis. Tertium defecum nominat Aristoteles, fallaciam contrarie opinionis: quæ tunc contingit, quando aliquis fallitur, concedendo ambas premissas duorum syllogismorum: ex quibus sequuntur due propositiones contrariae vel contradictorie. De syllogismis hypotheticis. Syllogismi hypothetici sunt argumentationes quæ ex una principali hypothetica propositione procedunt. Ponemus autem hypotheticorum syllogismorum aliquot modos, eos principiè qui maximè uidebuntur utiles. Primus modus est, quando proceditur à tota conditionali, cum propositione antecedentis, ad positionem consequentis. Secundus modus est, quando proceditur à tota conditionali, cum destructione consequentis, ad destructionem antecedentis. Tertius modus est, ex copulatiuis: quando à tota copulativa ad alteram eius partem proceditur. Quartus modus est, ex copulatiuis negatiuis, quando à copulativa negatiua, cum positione alterius partis, proceditur ad destructionem alterius. Quintus modus est, procedendo à propositione disjunctiva affirmativa, cum positione partis unius, ad destructionem alterius. Sextus modus est, quando à propositione disjunctiva affirmativa proceditur cum destructione unius partis.

PARS IIII.

31
partis ad positionem alterius. Ponunt uero et alios quosdam modos hypotheticorum huiusmodi syllogismorum: sed qui iam enumerati sunt, magis certi magisque in usu prompti sunt. Antequā ad tres alias argumentatiois species transeamus, syllogismū diuidemus in demonstratiū, dialecticū, et sophisticū, singulisq; horū suas definitioes accommodabimus, hoc pacto: Demonstratio est, quando ex primis et ueris syllogismus erit, aut ex talibus quæ per aliqua prima et uera, ius quæ circa ipsa est cognitionis principium sumperserunt. Prima et uera sunt, quæ non per alia sed per seipsa fidē habent. Demonstratio etiā definitur syllogismus scientificus. Scire est causam rei cognoscere, ppter quam res est, quoniam illius est causa, et quoniam nō est contingere hoc aliter se habere. Demonstratio præterea est syllogismus ex ueris et primis et immediatis et notioribus et prioribus causisq; conclusiois. Dialecticus syllogismus est, q ex probabilibus est collectus. Probabilia sunt, quæ uidentur omnibus, aut pluribus, aut sapiētibus, et his aut omnibus, aut pluribus, aut maximè probatis. Litigiosus, est syllogismus, ex his quæ uidentur probabilia, non sunt autē: et qui ex probabilibus, aut ex his quæ uidetur probabilia, est apparet. Addit Aristoteles predictis syllogismum falsigraphum, qui sub litigioso uidetur comprehendendi. Cuius definitio hæc est: Syllogismus falsigraphus est, qui procedit ex proprijs principijs disciplinarum male intellectis. Prius autem quam huic parti finem imponamus, nonnulla dicenda sunt et de alijs tribus speciebus argumentatiois, de enthymemate uidelicet



32

DE SYLLOGISMIS

uidelicet, inductione, & exemplo. Enthymema est oratio, in qua non omnibus premissis antepositis, festinata infertur conclusio. Aristoteles uero ita ipsum definit: Enthymema est syllogismus ex iocotibus & signis. Icos Greco uocabulo appellat propositionem in se probabilem. Signum uero appellat propositionem demonstrativa aut necessariam. Inductio est, a singularibus ad uniuersale progresio. Exemplum est, quando unum particulare probatur per aliud, propter aliquid simile in ambobus inuentum.

Quinta

PARS V.

33

QVINTA

PARS, IN QVA DE LOCIS
DIALECTICIS
agitatur.



V M dialectica duabus partibus, inuenitioe atq; iudicio cōster: tractatq; sit praecedenti tractatu argumentandi ratio quae pertinet ad iudicium, nunc de inuenitioe nobis agendum est, que cū tota uideatur in locorū cognitioe cōsistere, à loci definitio ne ducemus exordium. Locus est sedes argumenti, uel id à quo ad ppositā questionē cōuenies trahitur argumentū. Appellamus autē argumentū rationē, quae reū dubie faciat fidē. Duplex ab autoribus locus aſsignatur. Nempe locus maxima, & locus q; est differētia maximæ. Locus maxima appellatur generalis quedā ppositio p se nota ex qua desumitur argumentū. Alio uero modo loci uocantur maximarū differētia ppositionū: illi uidelicet, quibus maximæ diuersæ, ab iuice differunt. Locus diuiditur in locū intrinsecū, extrinsecū, & mediū. Locus intrinsecus est

alius

C

quatuor



34 DE LOCIS DIALECT.

quādō sumitur argumentū ab his quæ sunt de substantia rei de qua queritur. Locus extrinsecus est, quādō sumitur argumentū ab his quæ sunt omnino separata à substantia rei de qua queritur. Locus medius est quādō sumitur argumentū ab his quæ partim cōueniunt, & partim differunt. Solet quoq; locus intrinsecus subdiuidi in locū à substantia, & à cōcomitātibus substantiā. Locus à substantia dicitur, quādō sumitur argumentū ab his quæ sunt de substantia rei. Locus autē à cōcomitātibus substantiā dicitur, quādō nō sumitur quidē argumentū ab ipsa rei de qua queritur substantia, sed ab aliquo qđ substantiā comitatur. Facta generali locorū diuisione, restat de uno quoq; sigillatim pertractare, atq; in primis ut ea quæ dicēta sunt apertius oculis subiecta clarescat, locos singulūs hac figura complectēmus.

LOCVS.

| | | |
|--------------------------------|----------------------------|----------------------------|
| Intrinsecus, | Medius | Extrinsecus. |
| A substantia: vt, | A cōjugatis, | Ab oppositis, vt |
| A definitione, | A casibus, | A relatiis. |
| A definito, | A diuisione, | Contrafato. |
| Descriptione, | | privatinis. |
| Descripto, | | Contradictoriis. |
| Interpretatione, | | A disparatis. |
| Interpretatio, | | A comparatione, vt |
| A cōcomitantibus substantiā vt | | Maiorum |
| A toto uniuersali, | | Similium: |
| A toto integrali, | | Vinorum. |
| A toto in quantitate, | | A proportione. |
| A toto in modo, | | A transmutata proportione. |
| A toto in loco, | | A dissimili. |
| A toto in tempore, | | A dispropotione. |
| A causa, | | Ab autoritate. |
| Materiali, | | A transumpione. |
| Formali, | A corruptione, | |
| Efficiencie, | Ab visib⁹, | |
| Finali, | A communiter accidentibus, | |

Definitio

PARS V.

35

Definitio autem sic solet describi: Definitio est oratio indicans quid est esse rei, per essentialia. A definitione autem argumenta quatuor modis eruuntur: nimirum affirmatiue duobus, & negatiue totidem. Maxime. 1. Quicquid prædicatur de definitione, prædictatur definitio, de eodem & definitum. 11. De quocunque prædicatur definitio, de eodem & definitum. 111. Quicquid negatur de definitione, & de definito negatur. 1111. De quocunque negatur definitio, & definitum. Quatuor itidem modis, & definito licet argumentari. Maxime. 1. De quocunque prædicatur definitum, de eodem & definitio. 11. De quocunque negatur definitum, de eodem & definitio. 111. Quicquid prædicatur de definito, prædicatur de definitione. 1111. Quicquid negatur de definito, negatur ex de definitione. Descriptio est oratio indicans esse rei per accidentalia, id est, per propria, vel per accidentia. Interpretatio est nominis minus noti per aliud magis notum explicatio. A descriptione, & descriptio: ab interpretatione, & interpretatio: eodem modo argumentanur, quo à definitione & definito, ac per consimiles maximas. Sub his autem tribus locis tres alij comprehenduntur. Sub loco enim à definitione, comprehenditur locus à differentia recurrente. Sub loco à descriptione, locus à proprio. Sub loco ab interpretatione, locus à synonymis. Quorum maxime ferè cū superioribus eadem. Totum uniuersale idem est quod superius: ut genus respectu suarum specierum, & species respectu

C. 2. Etii



36 DE LOCIS DIALECT.

Et si in dividuorum. Fiant autem argumentationes tum affirmatiæ, tum negatiæ, à toto uniuersali. Maxime. i. Cum quo conuenit superius, cum eodem conuenit inferius. ii. Cum quo non conuenit superius, nec etiam inferius. Fit quoque totidem modis argumentatio à parte subiectua ad totum uniuersale. Maxime. i. Cum quo conuenit pars subiecta, cum eodem & totum. ii. Cum quo non conuenit pars, nec totum. Totum integrale est, quod resultat ex partibus quantitatem habentibus. Pars integralis est, quæ cum alijs partibus reddit quantitatem totius. A' toto integrali sunt argumentationes ad singulis partibus tantum affirmatiæ. Maxima, Posito toto integrali, ponit necesse est & quamlibet partem eius. Ad partes autem minus principales, non ualeat argumentatio. Negative non ualeat argumentatio à toto ad singulas partes. Ad omnes uero partes simul sumptas, sub disjunctione, ualebit. Maxima, Si totum non est, alia quam eius partem non esse est necesse. A' parte integrali ad totum ualeat argumentatio à negatione singularium partium, ad negationem totius. Maxima, Ablata parte aliqua principali, totum esse non potest. A' partibus sigillatim non dicitur argumentum affirmatiæ: ab omnibus tamen coniunctim ducitur. Maxima, Positis omnibus partibus, necessariò ponitur totum. Totum in quantitate est uniuersale uniuersaliter sumptum. Quod à toto uniuersali solum differt quod cum signo uniuersali semper accipiatur. Propter quod

37 PARS V.

quod à toto uniuersali, & à toto in quantitate omnino eadem fiant argumentationes. Totum in modo est vocabulum per se captum, nullaq; determinatione restrictum. A' quo nunc affirmatiæ nunc negatiæ contingit argumentari. Maxime. i. Cum quocunque conuenit totum in modo, & pars. ii. Cum quocunque autem non conuenit totum, nec pars. A' parte uero ad totum ex oposito fiant argumenta. Totum in loco nominatur, quod uniuersaliter omnem locum significat. Quod in tempore totum uocatur, tempus significat uniuersaliter. Sumuntur autem argumenta per hos locos affirmatiæ & negatiæ. Maxime. i. Cum quo conuenit totum in loco aut tempore, cum eo & pars. ii. Cum quo conuenit pars, cum eo & totum. iii. Cum quo autem totum non conuenit, nec pars. iii. i. Cum quo pars non conuenit, nec totum. Affirmatiæ ab una parte non ualeat, ab omnibus simul sumptis ualeat. Causa, est ad cuius esse sequitur aliud. Causarum, alia est materialis, alia formalis, alia efficiens, alia finalis. Causa efficiens est, à qua primo fit motus, ut aliquid fiat. Efficientium alia necessaria, alia sufficiens. Maxime haec sunt. i. Posita causa efficiente, ponitur effectus eius. ii. Ablata causa efficiente, necessario auferitur & effectus. iii. Posito effectu ponitur & causa ad talem effectum necessaria. iii. Ablato effectu, auferitur & causa. A' sufficientibus autem causis affirmatiæ, & ab earundem effectibus negatiæ solum. Materia est ex qua aliquid fit. Et duplex est: quedam permanens, & quedam trans-



DE LOCIS DIALECT.

transiens. Materia permanens dicitur, quæ in re posta quam effecta est permanet in sua natura. Transiens autem materia est, quæ secundum suam substantiam non manet in re effecta, sed mutatur et formæ accipit aliæ. A' quarum utrisque consimili modo affirmatiuum trahimus argumentum. Maxima, Posita causa materiali, possibile est effectum ponit. Negatiū uero à permanente tantum. Maxima, Remota causa materiali permanente, remouetur effectus. Ab effectu ad causam materiale affirmatiue solū argumentamur: et in permanente quidem ab esse ad esse, in transiente ab esse ad fuisse. Maxime. i. Posito effectu causæ materialis permanentis, ponitur simul et causa. ii. Posito effectu causæ materialis transientis, necesse est materiam ipsam præfuisse. Causa formalis, est per quam aliquid fit. A' qua argumentantur tam affirmatiue quam negatiue. Maxime. i. Posita causa formalis, ponitur effectus. ii. Remota causa formalis, remouetur et effectus. Ab effectu ad causam ualeat etiam utrinque argumentatio. Sub loco à causa formalis concluditur locus uulgo dictus ab inesse ad denominare. Maxima. Vnumquodque subiectum à forma inexistentiē denominari debet. Porro à causa formalis uniuscuiusque rei uirtutem metimur. Maxima, Tantum uiaque res potest, quantum eius forma naturalis permittit. Finis est gratia cuius aliqua quid sit, A' causa finali argumenta fiunt, in predicationis, bonum et malum. Maxime. i. Cuius causa finalis bona est, ipsum quoque bonum est. ii. Cuius

PARS V. 59

finis malus est, ipsum quoque malum est. Fit etiam ab effectu causæ finalis argumentum ad causam. His finiti sunt loci à generatione, corruptione, et usibus. Fiunt autem ab his locis argumenta, iuxta communem modum in predicationis bonum et malum. Maxime, Cuius generatio siue acquisitio bona est, ipsum quoque bonum est. Cuius generatio siue acquisitio mala est, ipsum quoque malum est. Econuerso quoque ualeat à genito ad generationem. Cuius corruptio uel perditio bona est, ipsum est malum. Cuius corruptio uel perditio mala est, ipsum est bonum. Econuerso quoque ualeat à corrupti uel perditu bonitate, ad malitiam corruptionis, siue à malitia ad bonitatem. Ab usibus quoque iuxta communem modum in predicationis bonum et malum argumentantur. Maxime, Cuius usus bonus est, ipsum quoque bonum est. Cuius usus malus est, ipsum quoque malum est. Ad causas quodammodo pertinent etiam illa quæ appellantur communiter accidentia. In quibus argumenta secundum prius et posterius tractantur. Dicimus autem communiter accidentia, illa quorum alterum uel semper, uel ut plurimum ad alterum sequitur. Per posterius quidem affirmatiue. Maxima, Communiter accidentium si posterius est, prius fuisse necesse est. Per prius uero negatiue. Maxima, Communiter accidentium si prius non fuerit, nec posterius erit. Huc referri possunt argumenta quæ à naturalibus signis et physiognomicis sumuntur. Hæc de intrinsecis: deinceps de extrinsecis locis dicendum.



40 DE LOCIS DIALECT.

dum. Ac primum de oppositis, in quibus generaliter valet argumentatio negatiue. Maxima, De quoconque affirmatur unum oppositorum, de eodem negatur alterum. Ex loco à relatiis, procedimus ab unius positione ad positionem alterius, atque item ab unius negatione ad negationem alterius. Maxime, Posito uno relatiis, ponitur et alterum. Ablato uno relatiis, afferetur et alterum. In contrariis ab unius affirmatione ad alterius negationem, valet argumentatio. A negatione uero solùm in immediatis. Idque duntaxat in proprio susceptibili. Maxime, Contrariorum si unum subiecto alicui inest, alterum non inest. Immediatorum si unum proprio susceptibili non inest, alterum inesse oportet. In priuatue oppositis, ab affirmatione ad negationem fit argumentatio. A negatione non fit nisi in proprijs susceptibilibus. Maxime, Priuantium si unum inest, alterum non inest. Priuantium si unum proprio susceptibili non inest, necesse est alterum inesse. In contradictoriis ab affirmatione unius ad negationem alterius, et contrà tenet argumentatio. Maxima, De quolibet est affirmatio uel negatio, de nullo uero simul. A disparatis quoque sicut ab oppositis sumuntur argumenta, ab affirmatione unius ad negationem alterius. Ea sunt quæ et si non opponantur, de eodem tamen simul predicari non possunt. Maxima, Cuicunque conuenit unum disparatum, eidem non conuenit alterum. Sequitur comparatio quæ est, interdum majoris ad minus, interdum minoris

TOMI PARSAVII

noris ad maius, interdum similis ad simile. Maiusque in praesentiarum dicitur quod maiorem habet probabilitatem, et minus quod minorem. Fit autem à maiore negatiue tantum, idq; uel in subiecto, uel in predicato, uel in subiecto et predicato simul. Omnia autem una est confirmativa maxima. Si id quod magis uidetur non est uerum, neque id quod minus uidetur, uerum erit. Aristoteles uero singulis modis singularis assignat maximas, dicens: Vno de duobus dicto si cui magis uidetur inesse non inest, nec cui minus uidetur inesse inerit. Duobus de uno dictis, si quod magis uidetur non inest, nec quod minus uidetur inesse inerit. Duobus de duobus dictis, si quod alteri magis uidetur inesse non inest, nec reliquum reliquo inerit. Totidem modis à minori argumentamur, sed affirmatiue. Omnia modorum una confirmativa maxima potest hæc assignari. Si id quod minus uidetur, uerum est: id quoque quod magis uidetur, uerum erit. Secundum uero Aristotelem tribus diuersis modis tres diuersæ assignantur hæ maximæ: Vno de duobus dicto, si cui minus uidetur inesse inest, etiam illi cui magis uidetur inesse inerit. Duobus de uno dictis, si id quod minus uidetur inesse inest, etiam id quod magis uidetur inesse inerit. Duobus de duobus dictis, si quod alteri minus uidetur inesse inest, et reliquum reliquo. Similia dicuntur quæ aequalē ueritatis apparentiam habent. Locus à simili ualeat, tum ad construendum, tum ad destruendum. Maxima, De similibus idem

C 5 est



42 DE LOCIS DIALECT.

est iudicium. Sub hoc autem loco continetur locus à proportione: & locus à transmutata proportione, Maxima, De proportionabilibus idem est iudicium. Itē, Quod in unaquaque re euenit, id in eius proportionali euenire necesse est. Si ut primum ad secundum, ita se habet tertium ad quartum: & primum ad tertium se habebit, ut secundum ad quartum. Ex opposito constitutes locos à dissimili, & dispropotione. Locus ab auctoritate solum ualeat ad construendum. Maxima, Vni cuique experto in sua scientia credendum est. Itē, Quod omnibus uel pluribus uel maximè sapientibus uidetur, ita se habere probabile est. Transsumptio definitur esse quoties nomen translatitie sumptum, per proprium explicatur. Maxima, Quicquid alicui conuenit sub nomine translatitio, eidē & sub proprio conueniet. His breuiter declaratis, ad medios locos transamus oportet. Coniugata sunt denominans & denominatiuum, casus uero plura denominatiua inter se comparata. Que differentia sēpē numero confunditur. A casibus & comulgatis argumenta trahuntur, tum affirmatiua, tum negatiua. Maxime, Quod uni conuenit coniugatorum, & alteri conuenit. Item, Coniugatorum in eo quod coniugata sunt, una est eademque natura. Si coniugatorum unum uni conuenit, & alterum alteri conueniet. Casū in eo quod casus sunt, eadem est natura. Est autē diuisio, distractio alicuius totius in plures partes. Distinguitur autē ab auctoribus sextuplex diuisio. Prima est, diuisio generis in species. Secunda, diuisio totius

43 PARS 2 V. 01 30

tius integrī, in suas partes integrāles. Tertia, diuisio uocis in significata. Quarta, diuisio subiecti in accidentia. Quinta, diuisio accidentis in subiecta. Sexta, accidentis in accidentia. Loci à diuisione. Maxime, Cum quo conuenit diuisum, cum illo necesse est aliquod membrorum diuidentium conuenire. Cui conuenit unum membrorum diuidentiū, de eodē reliqua omnia negari necesse est. Posset quoque & alij signari loci ex Aristotele, quorum in praecedentibus non est facta mentio: uerū qui nūc enimerati sunt, praecepit uideretur.



SEXTA

PARS ET POSTREMA, DE
sophisticis elenchis, hoc est re
dargutionibus.



RINCIPIO CIRCA hanc partem admonendum est, nō in hūc usum istam tradi sophisticorum locorum scientiam, ut ea pāsim & ex proposito utamur ad aliorum deceptionem, aut falsitatis defensionem, ueritatisq; oppugnationem, sed ut per eosrum consyderationem, latentia in argumentis contra ueritatem obiectis, uitia facilius deprehendamus: & expeditius dissoluamus. Definitur autem elenchus ab Aristotele, hoc modo: Elenchus est syllogismis, cum conclusionis contradictione. Disputationum quatuor sunt genera. aliae enim sunt doctrinales, aliae dialecticæ, aliae tentatiue, aliae litigiosæ. Doctrinales disputationes sunt, quæ ex proprijs cuiusque discipline principijs, & non ex his quæ uidentur respondenti, syllogizant. Dialecticæ disputationes sunt, quæ ex probabilibus collectiue sunt contradictionum. Tentatiue disputationes sunt, quæ ex his sunt quæ uidentur

tur respondentij, & quæ necesse est eum scire qui se simulat habere scientiam. Litigiosæ disputationes sunt, quæ ex his quæ uidentur probabilia, nō sunt autem, syllogizant. Sophistarum quinque sunt fues: Reductio, falsum, inopinabile, sollecitismus, nugatio. Reductio fit, cū respondens cogitur oppositum eius quod dixit concedere. Qui & ad falsum dicitur, cū cogitur aliquid falsum asserere. Ad inopinabile, cū argumentorum ui concedit quod ab auditoribus improbabile iudicatur. Ad sollecitum, quando cogitur contra consuetum modum loquendi peccare. Nugatur autem, quando sepius idem repetit inutiliter. Fallacia (id est locus sophisticus) est modus quidam idoneus ad decipiendum respondentem, per argumentū sophisticum. In uniuersum autem huinsmodi fallacie ab Aristotele enumerantur tredecim, quarum sex appellat propter dictiōnēm, septem extra dictiōnēm. Fallacie propter dictiōnēm sunt, fallacie æquiuocationis, amphibologiæ, compositionis, diuisionis, accentus, & figure dictiōnis. Fallacie extra dictiōnēm sunt, accidentis, à dicto secundūm quid, ignorantie elenchi, consequentis, petitionis principijs, secundūm non causam ut causam, secundūm plures interrogations ut unam. Dicuntur autem fallacie, in dictione, quæ causam sue apparentie sumunt ex parte uocis alicuius in argumentatione positiæ. Extra dictiōnēm uero quæ causam apparentiæ non sumunt ex aliqua uoce, sed ex aliqua phantasie circa rem ipsam. Fallacia igitur æquiuocationis est, secundūm



48. DE LOCIS SOPHI. PARS VI.

causam ut causam fiunt paralogismi, quādo falsitas illa-
te conclusionis imputatur alicui premissarum, que not-
est causa falsitatis conclusionis. Fallacia secundum plus

res interrogations ut unam (que positarum ab
Aristotele est postrema) fieri dicitur quod

ad plures interrogations ut ad

unam respondeamus,
ob id que deci-
piamur.



LVGDVN,

Excudebat Dominicus Veraardius,

M. D. XLIII.



1
o 1 L o
3 1 3 3 6
9 9 7 0 9 1 2 2 4 L
1 4 4 4 4
3 3 3



ut reg
terp̄ his cū mati
lio isto, qui q̄d
olat ad eum
et moue. h̄c e
t mol. ē m̄ h̄c
vlt acc̄ motu
lē c̄ m̄ m̄ m̄ m̄

lme
Be de vidas. 1556

Barolome de Valla.

1556

